



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Ad Evangelium Feriæ. De prima Christi D. prædicatione in civitate
Nazareth habita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

Ecclesi. 8. quod alius ait Sapiens: *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua Eucharis in bono homine abundat.* Quamobrem haec virtutes, cum loquendo potius quam silendo demonstrentur, sic in iia loquitas est, ut demonstrentur ad xificationem proximi, & in animis dissidentium convergentur. Si tamen **Ecclesi. 2.** pus tacendi est, est etiam tempus loquendi; Tu forte neutrum observas, adverte.

II. PUNCTUM.

SED si ex ira loquereris, mansuetudo & Caritas potius destruerentur, quod est nefas, quam conservarentur.

Hoc est enim utriusque delictum loquax, ut qui in ira loquitur, sentiat quidem effervescens motum sanguinis, sed ratione subiectum, unde nihil inordinatè agit nec loquitur, qualis ira in quovis homine atque in ipso **3. p. q. 15.** etiam Christo domino esse potuit, ut expressè docet sanctus Thomas. Sed qui ex ira loquitur, ira servit potius quam dominetur, non solum sentit ira motum, sed dominatum & imperium, quo statim turbatur ratio, & ratione turbata, sermones effunduntur incorditi & turbulenti, quibus illæ virtutes illico ruunt & destruuntur. *Ira non habet misericordiam,* inquit Sapiens, *nec erumpens furor;* & impetus concitati ferre quis poterit? *Quam sit autem hoc* **Prov. 17.** *nefas, audi & contremisce:* *Ira & furor, uraque execrabilia sunt.* & vir peccator continens erit illorum; Id est, qui peccatum non reformat, erit illis obnoxius vitiis, quæ metu læsi

PRO EADEM FERIA QUADRAGESIMALI.

Ad Evangelium de prima Christi Domini prædicatione, in Civitate Nazareth habita, & à Cibis male accepta.

TOTA eius narratio & conformis Veritas habetur suo loco declarata in 1. parte, Feria 2. hebdomadæ 2. post Epiphaniam. Quæ vero inde plures aliae produci possent, referuntur ad

numinis & offendicæ conscientia, coercentia. Vide infra in hac parte, Feria 3. hebdomadæ 3. post Pascha: unde quæcunque hic & in sequentibus de ira dicuntur, multum illustrari possunt.

III. PUNCTUM.

QVANTVM ergo fas est in ira loqui, tantum ex ira nefas: Quia, quæ virtutes ex uno conservantur, destruuntur ex alio, sicut ait Sapiens: *Vir iracundus provocat rixas: qui patiens est mitigatione suscitatas.*

Hæc est doctrina, de qua interrogatus est Dominus, hi sunt eius dicit: puli, qui, quod dixit & fecit, profiteantur; *Dicite à me, quia Matth. 11 multis sum, & humilis corde;* MITES quippe sunt, l. 1. dicit, inquit sanctus Augustinus, qui cedent improprietatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum; *Quod dicitur sanctus Petrus, Misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, usi benedictionem hereditate possideatis.*

Neque excuses naturam ad ira seendū pronom, esto enim, inquit S. Ambrosius, ut sit natura irasci, aut plerumque causa: *hominis est tamen temperare iracundiam, non levino raptari furore, non assuescere clamori, non, erere nec accerbare familiare iurgium, scriptum est enim, vir iracundus effudit peccatum.*

Quod si tibi forte delinquentes corrigiendi sunt, cave, plus illis delinquas irascendo. *Ira l. 7. Ep. 11.* quippe, ait sanctus Gregorius, cùm etiam delinquentiæ culpas exequitur, non debet menti quasi Domina preterea, sed post rationis tergum, velut ancilla famulari, ut ad sc. c. in iusta venias, nam si semel mentem posidesceceperit, iussum esse deputat, etiam quod crux iter facit. O quæ mentis ferocia, sic te crudeliter esse! O quæ mentis fallacia, sic te justum reputare! *Memento Ecclesi. 1. timorem Domini, & non irascaris proximo.*

Irā, ad Invidiam, & ad neglectum Dei sermonem, de quibus argumentis sat multa sunt obvia, vel in ipsis, quæ n. odd decurrentur, Feris.

FERIA